

Disputatio Theologica, Exhibens Theses Qvasdam Selectas

Rostochii: Typis Joh. Weplingii, 1701

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1860761089>

Druck Freier  Zugang



R.U.-theol 1701
Laurbeccius, Isaak

1701

Leopoldy, Helm:

I

כאלוים
DISPUTATIO THEOLOGICA,
EXHIBENS

355
THESES
QVASDAM SELECTAS:

QVAM
AUXILIO SACRO-SANCTÆ ET INDIVI-
DUÆ TRINITATIS
ET CONSENSU

SUMME REVERENDI THEOLOGORUM ORDI-
NIS IN ILLUSTRIS AD VARNUM ACADEMIA
PRÆSIDE

ISAACO LAURBECCHIO

SS. THEOL. LICENTIATO

DOCTORUM PLACIDÆ CENSURÆ SUBJICIT

HELMUHT LEOPOLDI,

RETENDORPIENSIS MEGAPOLITANUS.

AD DIEM 19. MARTII. ANNO 1701.



ROSTOCHII,
Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DN: FRIDERICI WILHELMI
DUCIS MEKELNBURGICI REGNANTIS

&c. &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINI MEI CLEMENTISSIMI
CONSILIARIO PROVINCIALI PEREMINENTI

*VIRO Illustri Generosissimo & Providentissimo variag
rum Togate rum Sagate Doctrina & Virtutis copia splendidissimo*

DN. SOST. HENR. von **BEHN**
Hereditario Domino in Jelendorf,
itemque

Viris Generosissimis Perstrennis, & Prudentissimis

DN. DIDERICO JOACHI-
MO von **MESEN**/

Eqvestris turmae Praefecto, atq; in Cams, Buchholtz, Fenschau
& Niehenhof Hereditario,

DN. IOACHIMOU LRICO
von **SPENZER**/

in Imperatoriis copiis Hecatontarchae Strenuissimo,
inq; Rubau, Turau, & Schlagsdorf Hereditario,

*Deputatus Provincialibus de re Patria Optime Demeritis
hoc Specimen qualiscunq; sui studii commendatum
cupit, & inter continuas pro ipsorum
Familia, Gloria, Salute divinitus tuenda preces
submissè dicat*

perhumilis ipsorum cliens & servus,

H. LEOPOLDI





Inter Philologos acriter disquiri solet, An
 Christus eodem die cum Judæis, scil. 14.
 mensis primi, ederit ultimum Pascha?
 Quidam pugnant pro affirmativa; quo-
 rum ad Caltra & nos transimus hac vice.
 Negativa quibusdā plausibilior, præsertim
 illis, qui vel cum Calixto, Christum die
 ordinario i. e. 14. lunæ comedissee Agnum
 Paschalé, Judæos autem vi traditionis, pri-
 mum die sequenti, sc. volunt. vel cū non-
 nullis aliis sentiunt, Salvatorem biduo ante
 decimam quartam, Agni Paschalis peregrisse Sacra. Variis quidem
 fateor hanc quæstionem implicatam difficultatibus, & semper cum
 insigni animorum motu motam fuisse. (Hæc unica sc. dissidii causa
 fuisse videtur Ecclesiæ occidentali ab Ecclesiis Asiæ, in quæsti-
 one de celebrando Festo Paschatis. Episcopi Asiæ *κ. τῆς ἀσίας*
ἀπίσης αἱ παροικίαι ὡς ἐκ τῆς ἀρχαίας ἀρχαιοτέρας, σελήνης τῆς
πσσαρεσκαιδέκτην ἡμέρας δεῖν ἕπι τῆς ἑσπέρης πάσχα εὐρ-
ῶς δεῖν ἐκ παντὸς κρατῆσαι πύλω, ὅποια ἢ ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἐβδομάδος
περιτυχάνει, τὰς τῶν ἀπλῶν ἡπιδύσεως ποιῆσαι; ceu habet Euseb.
 Hist. Eccl. lib. V. cap. XXIII. Occidentales a. quorum Primipilus Vi-
 ctor Episcopus Ecclesiæ Romanæ, Asiæ Episcopus capropter quar-
 tadecimanos appellarunt, eosq; quasi excommunicarunt. Occi-
 dentales enim, non alio die mysterium resurrectionis Domini cele-
 brabant, quam die Dominico. Hæc controversia agitata fuit us-
 que ad Concilium Nicænum, habitum Anno reparatæ Salutis tre-
 centesimo vigesimo quinto.) At si accuratè perpendantur ea,
 quæ ipse textus originalis nos docet, & Leges Agni Paschalis
 in Rabbinorum Libris passim occurrentes, admodum faciliè re-
 sponderi ad quæstionem puto, omniaque dubia, alias indissolu-
 bilia plane eximi solviq; possunt. Faciles damus, Evangelistas per-
 sæpè modis loquendi novis uti, qui interpretum per plurimis mul-
 tum laboris suppeditarunt. At si petatur phrasium obscurarum
 interpretatio è Judaica Historia, Judæorum Scriptis, ipsave Veteris
 Testamen

Testamenti Scriptura, ubi Spiritus S: ex professo de Agno Paschali,
cujusque ritibus agit, spero nihil periculi metuendum à particulis
controversis, nec eas inter pretes diutius dubios detinere. Aliorum sal-
va Auctoritate, illorum Theologorum accedimus placitis, qui suppo-
nunt, Salvatorem interfuisse etioni Agni Paschalis, eodem die ac ju-
dæi. Opinio verò illorum, qui existimant biduo ante decimam quar-
tam Lunæ, Salvatorem comedisse Agnum Paschalem, nobis displicet;
Scripturæ quoniam contraria. Impossibile enim erat, ut Christus
alio die ederet quam Judæi, quippe Agnus annuus, assandus &
edendus, mactari debuit in atrio, & sanguis a sacerdote, qui al-
tari proximus erat, spargi adpersione una juxta fundamentum
altaris. vide Majmon: in Korb. Pes. cap. 2. & Tract. pesach.
caput. 5. Aliter nunquam edere solebant Judæi, quia non
permittebat institutio Agni Paschalis. Deinde, erat quoque A-
gnus Paschalis Sacrificium propriè sic dictum. Si verò hæc ita
se habeant, uti audivimus, quomodo Christus edere potuit Agnum
alio die? Alio die Agnum Paschalem mactare lege prohibitum fuit:
Exod. enim XII. v. 17. 18. 24. Lev. XXIII. v. 5. Deut. XVI. v. 1. injungitur
Judæis, ut perpetuo die decima quarta Lunæ ederent Agnum Pascha-
lem. Præterea hoc erat insolitum ac nullibi permissum, vel in Scri-
ptura vel in traditionibus Judæorum. Neque Christus potuit
hoc impetrare à Sacerdote, ut biduo ante tempus ordinarium Agni
Paschalis comestionem permitteret. Sacerdotes enim æquè ac Phari-
sæi Christum e medio sublatum voluerunt. De cætero, parum plau-
sibile videtur, Christum qui non venit solvere, sed *ῥῆσαι τὴν νόμον*
Matth. 5. v. 17. a Lege divinitus promulgata recessisse. Si verò Christus
in Divinam institutionem hac in re peccasset, Judæi certè illi hoc obje-
cissent. At hoc factum non legimus. Veritati multo minus consona
sententia quorundam, qui autumant, Christum quidem edisse die de-
cima quarta, Judæos autem decima quinta, juxta traditiones. Nequi-
dem vestigium traditionis cujusdam, in scriptis Rabbiorum occurrit,
quæ differre permittit esionem Agni Paschalis in diem decimum
quintum. Hoc tamen habemus, si fructus eleavndi coram *היינו*, circa
initium mensis Nisan ad maturitatem non pervenerint, intercalatum
mensum unum. Inde tamen non valet illatio ad traditionem talem,
quæ

quæ prætenditur. Si ex malitia Judæos diem mutasse dicas, nihil aliud
 tamen concludere possis, quam quod patrauerint die festo, quod
 faciendum non erat. Neque occurrit in scriptura Novi Te-
 stamenti Locus, qui mutationem festi confirmat. Sed Mat-
 thæus Caput 26. vers. 17. aperte dicit, Apostolos interrogasse
 primo die azymorum, ubi vellet edere Pascha, & eodem
 die circa vesperam Agnum fuisse esum. Jam vero si Christus
 die primo azymorum ederit, utique eodem die ac Judæi; prima dies
 azymorum erat decima quarta Luna, non modo à Christo cele-
 brata, sed & à Judæis. Ex allatis cum satis constet, supra nomina-
 tas opiniones carere solido fundamento, luce clarius meridiana est,
 hanc nostram veram esse. Conglomerare possemus varia loca scri-
 pturæ sacræ pro affirmativa, sed prohibemur angustia temporis. Ob-
 jectiones sententiæ nostræ oppositas quod attinet, facile dilui pos-
 sunt. Argumentum enim depromptum ex Capite Joh. 19. v. 14.
 ἦν δὲ ᾠρθροσυνὴ τῆς πάσχα, nihil in recessu habet. Per ᾠρθροσυνὴν
 τῆς πάσχα, non intelligenda preparatio Agni. Evangelista per ᾠρθρο-
 συνὴν aliud intendit. Tenebatur unusquisque Israelita intra
 septiduum istud solenne, post comesum Agnum ad hæc duo:
 1. Ad comparandum coram Domino in atrio, idque cum sacrificio.
 2. Ad solennem lætitiæ & festivitatem, idque etiam cum Sacrifici-
 is. Tam dies, quo comparitio facta fuit, vocatur ab Evangelista ᾠρθρο-
 συνὴ τῆς πάσχα, quam quo oblata Chagigah; non vero di-
 es, quo edendus Agnus Paschalis. Nec juvat dissentien-
 tes Johann. c. 18. v. 28. *Noluerunt introire in prætorium, ne
 polluerentur, sed ut comederent Pascha.* Nam notandum, hæc in-
 telligenda esse de Chagigah ista decimi quinti, non de Agno Pa-
 schali: Nam & hæc Pascha etiam vocatur Deut. 16. v. 2. In
 citato loco non intelligitur Pascha Mensis Secundi, sed bo-
 ves & oves ad sacrificia post comesum Agnum oblata. Judæi
 ἐκ ἐσθλῶν βοῶν ἐς τὸ πρῶτον, non ut ederent agnum Paschalem, qui
 jam die antecedenti erat representatus & quam jam ederant, sed ut of-
 ferrent *שׁוֹלֵחַן*. Scitè satis celeberrimus Anglus Doctor Lightfoot
 priorem locum exposuit. Hor. Hebr. in Evang. S. Marc. c. 15.
 pag. m. 664. *Suspicio ego (inquit) aliquid ulterius posse
 intelligi, nempe eo die parari & cibum & animas ad festivia-*

*tem totius festi. Ita ut vox Pascha rlv' eoq' h' denotet, non hanc
 aut illam particularem appendicem ad eoptlv'. Holocausta, que
 offerebantur in comparatione tota cesserunt DEO, ut verè dicunt Ma-
 gistri, & is qui obiulit, ne particulam quidem minimam ex iis se-
 cum reportavit. At sacrificia chagige fuerintve boves, an oves, cesserunt
 plurima ex parte offerentibus, atque inde solennes & festivas conviva-
 tiones instituerunt illi cum suis, dum morarentur Hierosolymis. Ita
 ut horum oblatio die primo Festi, foret παρρησιον & πάσχα & ἑγ-
 σιον ἀποπρωσής &c. Dies scil. & modus preparandi victum in fe-
 stivitate festi insequentem. Ultimo & hoc tenendum, malitiæ non
 tam, quam impietati & improbitati contribuendum Judæorum, quod
 festo Paschatis Christum cruci dederunt.*

II.

*Quæritur, an benedictio nuptialis pertineat ad formam conjugii?
 Ad quæsitum responderi facile nequit, nisi constet, (a) Benedictio-
 nem Nuptialem nobis non esse illam, quæ fit à privatis personis, nec
 à nobis disputari de benedictione ratione sui ipsius, an pertineat ad
 formam matrimonii? Concedimus enim benedictionem esse neces-
 sariam. (β) De benedictione Sacerdotali nobis sermonem esse,
 (γ) eamque esse ritum sacrum solennem & publicum, quo minister
 verbi Divini vel in templo vel alibi, personas legitime contrahen-
 tes matrimonium, precibus & certis ceremoniis ad illum actum
 peragendum destinatis, Deo devovet & consecrat, in DEI glori-
 am & Conjugii consummationem. (δ) De hac enim quæri, an ad
 formam Conjugii pertineat? Hisce sic præmissis ad propositum
 quæsitum respondemus. Matrimonii formale absolvitur pleno
 consensu partium legitime contrahentium; benedictio vero
 Sacerdotalis consequenter se habet ad matrimonium, ut hoc ac-
 curate observavit præter Qvenstedium in Systemate, Loc. de Con-
 jugio, Dn. Doctor Schmidius in Comp. Theologiæ Cap. 26. pag.
 464 ubi hunc in modum differit: non pertinet ad formam conjugii, sed
 ad consensus declarationem necessaria est ex constitutionibus Ecclesiasticis
 & Civilibus, publicæ honestatis & utilitatis ergò. Si ad formam perti-
 neret, sequeretur, in primitiva Ecclesia, ut & apud Judæos, ratum
 non fuisse Conjugium absque Ministerio sacerdotis initum. Nam
 quod formale constituit, & ad essentiam rei pertinet, perpe-
 tuum esse debet, alias & id & ipsa res in nihilum abit. At nec apud
 Judæos*

Judæos, nec primos Christianos impertitam benedictionem sacer-
 dotalem personis matrimonium ineuntibus, docent historia. De
 benedictione in se non loquimur, quia hanc necessariam esse con-
 firmemur. Nec dubitamus de efficacia & usu benedictionis. Saltem hoc
 dicimus, benedictionem sacerdotalem expresso carere mandato Di-
 vino, adeoque formale matrimonii non ingredi. Certum est ap. Vete-
 res Hebræos, tamen si benedictiones adhiberentur, tum in sponsalibus,
 tum nuptiis, nihilominus sacerdotem Levitamve necessario non adfu-
 ille. Omnes pariter pro eorum, quorum intererat, arbitrio rite bene-
 dicebant. Præter hanc benedictionem nullius meminit schola Tala-
 dica. Aliud aliquid sacri ad sponsalia non attinuit. Usitatum apud Pa-
 ganos tamen invenimus, Sacrorum Antistitum Ministerio Con-
 farreationem absolutam. Inter infinita illa, adducere sufficit unum
 quod occurrit in excerptis e Damascii vita Isidori Philosophi
 de Alexandrinis, apud Photium Codice 242. *ὅτι ἦν γάμος ὁ γά-
 μος, εἰ μὴ ὁ ἱερεὺς, ὁ ἔθεξ, ἐκ τῶν γαμικῶν συμβολαίῳ ἰποσημαί-
 νων χεὶρ ἢ ἑαυτῶν*, id est: *non erant legitima nuptia, nisi Sacer-
 dos DEI instrumenta Nuptialia manu sua consignasset.* Circa initia
 Veri Christianismi, quotquot Judæos imitati sunt, sacros ministros,
 ut nuptiis necessarios non adhibuisse, extra dubitationis aleam
 positum. Postmodum autem cum benedictiones adhiberi nuptiis
 solitæ essent à Judæis, atque sacra itidem à Paganis, interdum etiam
 ipsi Antistites confarreationi adfuerint, visum tandem est, etiam apud
 Christianos nuptias celebrandas esse non sine sacrorum aliquo An-
 tistite. Quod tamen nec semper, nec ubique obtinuit. Quæ ob-
 verti solent ab iis, qui pro institutione Apostolica benedictionem
 sacerdotalem agnoscunt, dudum sunt explosa ab eruditis viris. Ob-
 jicienti, benedictio sacerdotalis non pertinet ad formale Conjugii,
 ergo est inutilis & tunc omitti potest: Resp. negando conse-
 quentiam; Nam non omne licet omittere, quod non constituit
 formale conjugii. Solemnia hæc sacra adeo necessaria in foro
 matrimonii non sunt, ut circa hæc irritum aut nullum æstimaretur,
 aut non plane validum, quod libero contrahentium consensu fa-
 ctum. Sed quoniam, nisi solemnia ejusmodi à Ministro verbi Divi-
 ni adhiberentur, matrimonia in foro externo permitterentur clan-
 destina

destina & sic difficile nimis frequenter esset, ea à stupris aut contu-
ernis illicitis, in foro illo discriminare: Mirum itaque non est,
quod solennia illa sacra à Ministris peragantur.

III.

Quæstio sane magni momenti est, quæ ventilari cæpit
jam dudum à Criticis Theologisq; de stylo Textus N. Testamenti, an
pure Græcus vel mixtus? Fuerunt quidam primis seculis tam in-
iani, ut solœcismos ac barbarismos textui N. T. tribuere non dubi-
tarint. Quæ impia horum opinio, tantum apud Gentes pro-
phanas effecit, ut doctrinam in iacris Libris N. Testamenti reve-
latam, non modo spernerent, verum etiam omnem fidem ei abroga-
rent. Hisce non meliores, qui superiori seculo, N. T. textum non mo-
do mixtum, sed & infinitis barbarismis & solœcismis abundare di-
xerunt. Opinioni huic absurda addicti fuerunt per plurimi eruditi
viri e. g. Grotius, Spinosæ, Theologi Batavi, & Richard Simonius
aliiq; quamvis impia & falsa sit, ceu demonstrarunt dudum satis accu-
rate excellentissimi Philologi. Fatemur cum B. Glassio, Heinsio, Ole-
ario & aliis, passim obvenire in Scriptura Novi Testamenti Phrases
& modos loqvendi à Græca Lingva alienos; At exinde Barbarismi &
solœcismi textui imputari nequeunt. Barbarismi autem vitium com-
mittitur, in voce contra sermonis legem vel scripta vel pronuncia-
ta; tale quid ostendi nequit vel commissum vel provenire ex
Phrasibus peregrinis in Novo Testamento obvenientibus. Si pere-
grinæ Phrases linguam Barbaram facerent, nulla fere lingua nomina-
ri posset, quæ Barbara non appellari deberet. Textus sacri phrasés
Ebræas, Syriacas & Talmudicas aliasve, vel excusat necessitas, vel ve-
nustas. Notandi quoq; sunt atro carbone, qui inconsiderate cum
Salmasio sentiunt stylum Novi Testamenti esse idioticum. Effce-
minata quidem illa & molli prophanaqve Rhetorum eloquentiâ
scripturam Novi Testamenti, non concedimus esse consigna-
tam At exinde, stylum idioticum esse non sequitur, quo-
niam scriptoribus gravis & mascula illa non defuit, quæ ceu
intentioni Spiritus Sancti quam maximè conformi usi sunt, vitatis.
flosculis & pigmentis Rhetoricis. Non usi sunt fucatae illius elo-
quentiæ pigmentis, ut vi Spiritus animos ad Christum raperent,
non autem sermonis blanditus adulatorum more homines alli-
cerent. Non est mere Idioticus stylus, sed λέξις σαμνή. Hisce sic
præz

præmissis, paucis mentem meam exponam de præsentis quæstione:
 Stylum esse purè Græcum ut dicamus, nulla nos cogit necessi-
 tas, nec sufficiunt rationes, ab hujus Sententiæ Patronis ha-
 ætenus allatæ, quoniam pervolventem textum Originalem Novi
 T. ti, innumeræ Phrasæ, tam Talmudicæ, quam Syriacæ offendunt, quas
 pure Græcas non esse satis noverit, qui primis tantum Labiis Græca
 gustaverit. Novimus per plurimos pugnare pro Stylo Novi T. ti
 purè Græco, quorum nomina veneramur, iis tamen hac in re victas
 manus dare nec possumus, nec volumus; Nobis quoniam suppe-
 tunt rationes satis firmæ, ac sufficientes, quibus convicti statuimus,
 Novi T. ti stylum non esse pure Græcum, sed mixtum, à solœcis suis &
 Barbaris tamen alienum. Non autem pure Græco, sed Hebrais-
 mis innumeris permixto Idiomate conscripta est scriptura Novi Te-
 stamenti, idq; varias ob causas, maximè a. ob arcanum illud conjun-
 gendæ cum Judæis Gentilitatis Mysterium Ephes. 2. V. 14. & 16. Et
 ad scripturæ utriusq; Testamenti symphoniam observandam, tam in
 verbis, quam in rebus. Deinde, Apostolis agendum erat cum Ju-
 dæis, quare nec mirum, si stylus illorum Hebræum Idioma ali-
 quando redoleat. Audiendus meritò est celeberrimus Anglus Dr.
 D. Lightfoot, accurate satis in Epistola ad Catharinenses suos, præ-
 missa horis Hebraicis in Evangelium Matthæi, disserens: *Cum omnes*
(inquit) Libri Novi Testamenti à Judæis sint scripti, atq; inter, & ad
Judæos; Cumq; omnes orationes in eo habita à Judæis & pariter ad
& apud Judæos fuerint habita, pro re indubitatissima, hoc mihi semper
persuasum fuit, non posse istud Testamentum, Judæorum stylum, J. io-
ma, formam loquendi normamq; sapere ubiq; & recinere. Plura Te-
 stimonia adduci possent, sed properantes ad alia, labore istoc hac
 vice super sedemus. Mixtum diximus, si tamen Hellenisticum ap-
 pellare velis, per nos licebit, modo ne aliquid novo vocabulo con-
 trarium veritati, & indignum Scriptoribus sacris intendas.

IV.

Dignas etiam judicamus ventilatione quæstiones, agitatas tam de
 historia adducta exempli loco Jud Epistol. v. 9. An habeat eam
 ex Apocrypho scripto, vel Zach. III. v. 2. vel planè ex revelatione S.
 sancti peculiari? quam de sensu historiæ. An propriè & secundum li-
 teram explicanda sit, videl: De vera & reali Archangeli Micha-
 ëlis cum Diabolo Disputatione de corpore Mosis mortui? Vel An
 de altercatione filii Dei, cum Sannaballetè ejusque successoribus, sy-
 nagogam Judaicam infestantibus? Ad Quæstionem priorem respon-
 demus, partim negativè, partim affirmativè. Nega. nus Apostolum

B

tum esse

sumfisse vel ex Apochrypho scripto, vel Zach. III. Non enim ex Apo-
 chrypho scripto, quia scriptum illud Parisiis Anno 1629. a Gilberto Gaul-
 mino editum, unde hanc historiam depromptam putant; est supposito-
 titium, ipsaque Narratio in ea obveniens falsa & fabulosa. Siftitur
 autem, in scripto hoc, Diabolus paratus ad occidendum Mosen. At
 hoc inconveniens, quia Diabolo nihil juris competit in piorum
 corpora. Deinde Judas tale quid non memorat, sed solum dicit al-
 tercatum fuisse de corpore Mosis mortui. Siftitur ulterius, Archan-
 gelus lugens. At luctus non facit mentionem Apostolus, nec in
 Angelorum statum cadit, quia status etiam beatorum omnem lu-
 ctum excludit. Per plurima praeter haec cumulantur falsa, quae satis
 evincunt, minime hanc haberi ex apochrypho illo scripto. Hoc
 tamen dicere audeamus, si circumstantiae eadem essent, tunc admitti
 posset intentum, & quidem absque iactura canonicae Veritatis Epistolae.
 Nuda vero allegatio a Christo vel Apostolis, scriptum non reddit
 canonicum. Nec Zachariae III. v. 2. nam obstat inter alia, (1.) scopus
 qui, Zachariae promissa Dei de reaedificandis Hierosolymis & Messia
 manifestando probanti, jam tribus visionibus, alius non fuisse vide-
 tur, quam ostendere quomodo diabolus non modo adificationi templi
 sed etiam iam Synagoga, quam Ecclesia Novi Testamenti, figuratis in
 summo sacerdote, calumniis obstiterat. Judae vero est, partim de-
 hortari a calumniis, partim calumniatoribus potestatum exprobrare,
 quod sibi sumant magis, quam quod illis comperit: illis non est licitum
 calumniis proscindere potestates, quia nec Archangelus Michael
 ausus fuit diabolo, secum contendenti de corpore Mosis, *κείσιν
 ἐπιτεγχεῖν βλασφημίας*. 2. reclamant Nomina. Zachariae dicitur
 Angelus *ἡγῆ*, & cinctus quoque angelis apparitoribus. Judae ve-
 ro, Michaelis nomine venit. Michael vocatur Archangelus. Ar-
 changelum vero esse, longe aliud est quam Jehovah, & cingi an-
 gelis apparitoribus. Haec conveniunt soli filio, Archangelum
 vero esse, Angelo creato, 3. etiam obstat objectum circa quod: calu-
 mniis impetebat diabolus Josuam vivum, & quidem sacrificia offe-
 rentem. Apud Judam dicitur, disputatum de corpore Mosis jam Mor-
 tui. Aliud Moses, aliud Josua. aliud Josua vivens, aliud Mosis corpus
 mortuum. Ex allatis satis superque constare puto nihil veritatis in-
 esse illorum sententiae, qui vel scripto apochrypho vendicant, vel
 pertinaciter contendunt, eandem esse historiam ac Zach. III.
 v. 2. Superest igitur ad tertium membrum prioris quaestio-
 nis respondeam affirmative: Nec ex traditione, nec scripto apochry-
 pho,

pho, multò minus Zach. III. v. 2. allatum exemplum habet Apostolus
 sed ut verbo dicā, ex peculiari revelatione S. Sancti, nostræ opiniononi
 conciliat, tam ipsa analogia scripturæ, quam perpetuus, Theologorum
 celeberrimorum consensus auctoritatem. Ut taceam Reformatos &
 Papæos, multi nostratium huic addicti fuerunt, quorum numero no-
 minare sufficit, Chemnitium, Lyserum, Gerhardum, Varenium, ipsum
 ve Megalandum Lutherum, qui omnes revelationis peculiaris hi-
 storiam hanc esse putarunt. Posterior vero, sc. de sensu historiæ,
 proluxa non eget expositione, cum certum sit historiam illam pro-
 prie accipiendam esse, de vera reali; altercatione Angeli creati cum
 diabolo, *περὶ τοῦ σώματος σατανᾶ* i. e. de corpore Mosis jam mortui
 De tempore nihil quidem certi ponit Judas, nos tamen putamus cum
 Chemnitio, Lysero & Magnifico Dn. D. Fechtio, hanc contentionem
 post mortem Mosis accidisse, cum diabolus voluerit Israëlitis revelare
 locū, quo a Deo sepultus fuit Moses. Aliorū sententias ut probabiles
 toleramus. Illorū verò qui mysticè interpretari solent de altercatio-
 ne filii Dei, cum Sannaballetē infestante Synagogam Judaicam,
 ut novam & minus probabilem, reprobamus; Nam nec nititur
 è scriptura petitis rationibus, nec gaudet consensu Theologorum.
 Ut clarius elucescat falsitas sententiæ, lubet, methodo ab
 illius Patronis suppeditata, disquirere. I. Angelus con-
 tendens an filius Dei? vel an creatorum unus, cui nomen Mi-
 chael? II. Qvis per Diabolum intelligatur, & III. Quid per cor-
 pus Mosis? Ad primum illi respondent affirmando sc. Micha-
 èlem archangelum, esse angelum increatum, quia (I.) *unus*
tantum archangelus Michaël ipse Christus. (II.) *Quemadmodum no-*
men Michaëlis uni tantum competit, ita & nomen ἀρχαγγέλου (III)
si angelus creatus esset, & quidem unus ex ordine archangelorum, sine
dubio in plurali inveniretur. (IV.) Nos vero negamus prius, poste-
 rius vero affirmamus; quia rationes pro priore allatæ nihil probant.
 Non prima, quippe filius DEI Michael unicè in scripturis
 non vocatur, sed etiam ut hic, idem nomen angelo creato tri-
 buitur. Concedimus, apud Danielelem Jesum vocari Michaëlem, & qua-
 renus Michaël denotet, quis sicut Deus? Christo *περὶ αὐτοῦ* convenire.
 At inde infirme concluditur, quod in omnibus locis, ubi Micha-
 elis nomen Angelo tribuitur, intelligendum esse angelum incre-
 atum. Nec sequitur, Michael idem significat quis sicut Deus? Ergo
 Michael hic erit Angelus increatus. Illud refellitur v. 9. Hoc adeo in-
 firmum, nam unicè petitur à notatione nominis, unde per infirma

argumenta docent philosophi & Theologi. Si ratio allata vale-
 ret, hoc dicere etiam possem: Gabriel idem significat ac for-
 titudo Dei, Filius, etiam Dei, Esaj. IX. v. 5. nominatur גַּבְרִיֵּל הַנְּבִיא. Ergo
 Gabriel est angelus increatus. Nec secunda. Nomen Michaëlis Filio
 Dei non ita esse proprium, ut aliis non conveniat, vidimus. Ergo
 multo minus ἀρχαγγέλου vox, quia nullibi usurpatur de Fi-
 lio Dei, de creatis vero angelis persæpe. Et quoties obve-
 nit in scripturis, semper denotat, angelorum aliquem Supremi
 ordinis, aut ordinem totum angelorum supremum; sic I. Thessalo.
 IV. v. 16. dicitur filius Dei venturus, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου. Neq;
 tertia, aliquid veritatis habet; Nam scriptores pro subjecta ma-
 teria locuti sunt in singulari, non vero ut negarent plures dari ejus-
 dem speciei Angelos. Reliqua argumenta ex versionibus petita, nihil
 probant. Ad secundam quæstionem variè responderi solet; qui-
 dam diabolum intelligendum judicant, cum quibus & nos facimus.
 Alii non diabolum, hostem & perduellem Christi, sed personam Magi-
 stratus officium gerentem, in primis vero Sannaballetem, ejusq; suc-
 cessores; quia à persona hac prohibentur blasphemix. A Diabolo non
 prohibentur, nam illi ceu abjecto dudum à facie Dei, non de-
 betur honor, sed blasphemia. Diabolus itaque non est, sed persona
 infestans Ecclesiam, qui optimè gerere potest nomen Διαβόλου.
 At hæc omnia negamus. Sublato fundamento, corrui structu-
 ra. Superius demonstratum fuit ad Josuæ hæc referenda non esse
 tempora. Sannaballetem verò ut intelligamus per diabolum,
 nulla nos cogit necessitas, nec admittunt antecedentia consequen-
 tia scopusque Apostoli. Ausus non fuit dicere κρείσσιν quia
 angelus creatus, & Diabolus primum à Dei filio extremo die aut
 dietiæ iudicium destructionis absolutum, quod hæctenus nec pro-
 nunciatum, nec dicere permissum erat Angelo cuidam creato.
 Mutuata argumenta ex versionibus & usu vocis Διαβόλου
 de persona calumniante valent quidem in certis casibus, hæc
 vero non, quia ipse textus requirit intelligamus, adversari-
 um archangeli defendentis corpus Mosis, sc. Diabolum. In tertia
 explicanda non multum insumendum temporis iudicamus, cum
 certum sit corpus Mosis Apostolo esse non synagogam judai-
 cam, vel legem Ceremonialem, sed corpus Mosis exanime.

Hicce finem imponimus discursui.

SOLI DEO GLORIA.

adocent philosophi & Theologi. Si ratio allata vale-
re etiam possem: Gabriel idem significat ac for-
as, etiam Dei, Esaj. IX. v. 5. nominatur גַּבְרִיֵּל. Ergo
us increatus. Nec secunda. Nomen Michaëlis Filio
roprium, ut aliis non conveniat, vidimus. Ergo
γγέλων vox, quia nullibi usurpatur de Fi-
lio vero angelis persæpe. Et quoties obve-
nit in scripturis super denotat, angelorum aliquem Supremi
ordinis, totum angelorum supremum; sic I. Thessalo.
IV. v. 16. ἀγγέλου. Nam scriptores pro subjecta ma-
teria locuti sunt; non vero ut negarent plures dari ejus-
dem speciei Angelos; argumenta ex versionibus petita, nihil
probant. Ad id quod dicitur, quod nomen variè responderi solet; qui-
dam diabolum intelligunt, cum quibus & nos facimus.
Alii non diabolum, sed personam Magi-
stratus officium gerentem, Sannaballetem, ejusq; suc-
cessores; quia à personis blasphemix. A Diabolo non
prohibentur, nam illi non videntur à facie Dei, non de-
betur honor, sed blasphemix. Et quare non est, sed persona
infestans Ecclesiam, quia potest nomen Διαβόλου.
At hæc omnia negamus. Sannaballetem, corrupto, corrumpit structu-
ra. Superius demonstratum est, quod referenda non esse
tempora. Sannaballetem vero per diabolum, nulla nos cogit necessitas, nec a-
ntia scopusque Apostoli. Ausus angelus creatus, & Diabolus prima
dies iudicium destructionis absolutum, nec dicere permissum er-
nunciatum, nec dicere permissum er-
Mutuata argumenta ex versionibus
de persona calumniante valent quidem
vero non, quia ipse textus requirit in-
um archangeli defendentis corpus Mo-
explicanda non multum infumendum tempore
certum sit corpus Mo-
cam, vel legem Ceremonialem, sed corpus Mo-
Hisce finem imponimus discursui.

SOLIDEO GLORIA.